



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

S. Mariæ mons Bodobrigius, vel monasterium B. Virginis Mariæ in monte
extra muros Boppardenses ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

32. *Joannes* præfuit annis 10. Obiit anno 1391.
33. *Fridericus* præfuit annis 13. Evocatur ex hac vita anno 1404.
34. *Joannes* annis 9. Decessit anno Christi 1414.
35. *Georgius* præfuit annis octo. Posuit gubernationem anno gratiæ 1421.
36. *Ibanus*, forte *Eobanus*, præfuit annis 16. Erat nobilis à *Rotenstein*, qui interfuit prius hujus cœnobii nomine Concilio Constantiensi: moxque postea Basiliensi. Obiit anno Domini 1438.
37. *Joannes Schmeerlaib* præfuit annis 8. Hoc præfidente, magna pars *Faucensis* oppidi incendio periit una cum monasterio. Obiit anno 1446.
38. *Conradus Klammer* præfuit duobus penè annis. Decessit anno 1447.
39. *Joannes Algerus* seu *Algovius* præfuit annis 30. fideliter & feliciter. Is reædificavit Abbatiam & dormitorium, & fuit primus Abbas post reformationem monasterii. Valedixit vitæ & Abbatiae anno Domini 1477.
40. *Joannes Hesus* præfuit annis 21. egregius monasterii sui ampliator, qui tandem propter senium gubernationem an. 1498. resignavit.
41. *Benedictus Furtenbachius* præfuit annis 34. & resignat anno 1532.
42. *Joannes Baptista Bentzingerus* præfuit annis 13. Obiit anno 1545.
43. *Gregorius Gerenhoch* successit Baptistæ, vir hospitalis ac munificus. Præsides adhuc feliciter hoc currente Jubileo.

✿ ✿ ✿
S. MARIE mons *Bodobrigius*, vel monasterium *B. Virginis* Mariæ in monte extra muros *Boppardenses* paululum à *Rheno* supra civitatem versus *Hunnorum* præsidia situm, *Benedictinæ* professionis monialium à civibus ejus urbis primum cœnobia conditum esse legitur, privilegiatum vero à *P. M. Gregorio II.* subjectū *S. Matthiæ Treverensi* cœnobio, temporibus *Hen-*

Henrici IV. Rom. Imperatoris. Postea vero à Friderico II. Imperatore liberaliter donatum est, qui cœnobium collapsum in-
 staurari curavit & intuitionem suam recepit 20. Kalend. Maij, an-
 no Domini 1220. circa quæ tempora donatum etiam legitur ab
 Arnoldo, Trevirorum Archiepiscopo, ecclesia Nenningenfi.
 Habuit olim gubernatrices magistras, hodie vero Abbatissas.
 Reformatum & clausum est anno Domini 1432. Ab eo tempo-
 re usq; ad hæc nostra præfuerunt illic sequentes Abbatissæ.

Abbatiss.
 series.

1. *D. Isengardis*, nobilis à Greiffenkloe, Richardi Archie-
 piscopi Treverensis amita, quæ præfuit annis 37. & legitur ex hac
 vita emigrasse ad æternam anno Domini 1469.
2. *Christina* à *Greiffenkloe* præfuit annis 15. Obiit anno sa-
 lutis 1484.
3. *D. Margareta*, Rheni Comitissa, præfuit 30. annis. Ob-
 iit anno Domini 1514.
4. *D. Cecilia Ingelnheim* præfuit annis 4. Obiit anno 1518.
5. *D. Apollonia* à *Dalburg Cameraria*, Wormatiensis, do-
 ctissimi Episcopi Wormatiensis Joannis ex fratre neptis, præ-
 fuit quinq; annis. Obiit anno Domini 1523.
6. *D. Maria*, Comitissa à *Sunnenberg*, præfuit annis 22.
 Obiit anno Domini 1546.
7. *D. Barbara*, Comitissa de *Leiningen*, Emichonis Co-
 mitis & Agnetis Comitissæ *Eppensteiniensis* filia, eligitur in Ka-
 lendis Maij, anno Domini 1547. Domina longe formosissima &
 humanissima. Præest adhuc anno hoc Christi 1550. Est huic mo-
 nasterio vicinum aliud etiam cœnobiolum monialium tertiæ re-
 gulæ *Francisci S. Martino* dicatum: & è regione ejus in altera
 Rheni ripa *Campium*, ejusdem ordinis ac professionis *Franci-*
scanæ monasterium: quæ utraque expiorum hominum eleemo-
 synis & collationibus potius, quàm Principum munificentia
 emerferunt.

S. Mar-
 tini Cæ-
 nob.
 Campium
 Cœnobio-
 lum.

☉ ☉ ☉
S. MARTINI Colonienfe monasterium Benedictinæ profes-
 sionis magnificum, in insulis Rheni olim, hodie non procul
 à Rheno intra urbis mœnia situm, fundatum legitur primum ab
 Iii 3 Odge-